

INVICTISSIMO, ATQVE CHRISTIA

nissimo Carolo huius nominis Quinto Cæsari
semper Augusto, Hispaniarumq; Regi Catho
lico eiusdem nominis primo, Frater Al
fonfus a Castro, Zamorensis, ordi
nis minor; æternam optat feli
citatem, perpetuamq; de ho
stibus uictoriam.



DV M mecum ipse cogito, Christianissi
me Cæsar, & ad hoc miserabile sc̄m
mentem, atq; animum refero: non pos
sum non ingemiscere, & à gemitu cor
dis rugire, uidens tot, talesq; hereticos
hoc seculo prodisse, qui plurimum ne
gotij uiris doctis, atq; adeo toti Ecclesiæ faceſſunt, ut
nunquam tam multos, aut tam truculentos ecclesia per
peſſa fuerit hostes. *Tara enim est istor; nocendi cupiditas, ut nihil sit à summo usq; deorsum, cui detrudere*
conent. Neque, n. deo, nec Virgini eius matri, nec aplis,
aut euangelistis, nec reliquis sanctis, nec toti deniq; mi
litanti ecclesiæ, quæ Christi est unica sponsa, parcere uo
lunt: sed contra eor; quenc; impudenti temeritate ob
latrant, & dente canino illū mordere nituntur. Hoc aut
non leui animo, aut negligenti, & ignauo sunt facere ag
gressi: sed tanquam rabidi, & famelici canes omnia ten
tarunt, nullumq; non mouerunt lapidem, ut quod men
te conceperant scelus, opere perpetrarent. Vix, n. ullum
est tam turpe, aut execrandum, aut pestifer; abomina
bileq; dogma ab antiquis hæreticis probatum, quod,
& si longissima obliuione sepultū, isti hæretici non sint
fuscitare conati, si inde telum aliquod se capturos spera
runt, quo ecclesiæ catholice, aut summo illius præſidi ut
cunq; incomodare possent. Primatum Petri negant, or
bus christianis sacerdotia sine discrimine tribuūt. Sacer
dotes omnes pares epis faciunt. Antiquas omnes eccle